

## Lectio VI. Passivum

### Indicativus praesentis passivi.

#### sing.

1.	laud-or	doce-or	mitt-or	minu-or	capi-or	audi-or
2.	lauda-ris	doce-ris	mitt-e-ris	minu-e-ris	cap-e-ris	audi-ris
3.	lauda-tur	doce-tur	mitt-i-tur	minu-i-tur	cap-i-tur	audi-tur

#### plur.

1.	lauda-mur	doce-mur	mitt-i-mur	minu-i-mur	cap-i-mur	audi-mur
2.	lauda-mini	doce-mini	mitt-i-mini	minu-i-mini	cap-i-mini	audi-mini
3.	lauda-ntur	doce-ntur	mitt-u-ntur	minu-u-ntur	capi-u-ntur	audi-u-ntur

### Imperativus praesentis passivi.

#### sing.

2.	lauda-re	doce-re	mitt-e-re	minu-e-re	cap-e-re	audi-re
----	----------	---------	-----------	-----------	----------	---------

#### plur.

2.	lauda-mini	doce-mini	mitt-i-mini	minu-i-mini	cap-i-mini	audi-mini
----	------------	-----------	-------------	-------------	------------	-----------

1. Exemplis trahimur, verbis docemur.
2. Non pecunia amici parantur.
3. A medīco curamur, natura sanamur.
4. Numquam pericŭlum sine pericŭlo vincitur.
5. Si curatur, natura laudatur, si non curatur, medīcus accusatur.
6. Fata mutari non possunt (Cyceron)
7. Ingenii vis praeceptis alitur et crescit.
8. Memoria minuitur, nisi memoriam exerces.
9. Ut salutas, ita salutaris.
10. Sed quia natura mutari non potest, idcirco verae amicitiae sempiternae sunt. (Cyceron)
11. Fortuna vitrea est: tum cum splendet frangitur. (Publiliusz Syrus)
12. Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis. [metrum: heksametr daktyliczny]

## MEMENTO

*Graecum est, non legitur* – To po grecku, tego się nie czyta (żartobliwa maksyma z czasów średniowiecza, kiedy znajomość języka greckiego była bardzo niska; w znaczeniu przenośnym: *nie bierz się do rzeczy, na której się nie znasz*)

## ĆWICZENIA

- a. Przekształć na stronę bierną:

1. Puer librum legit. ⇨
2. Ludos spectamus. ⇨
3. Aquila non captat muscas. ⇨
4. Poeta epistulam longam scribit. ⇨
5. Vir locum ornat, non locus virum. ⇨

b. Przetłumacz i przekształć na stronę czynną:

Multa bella a Romanis antiquis geruntur, terrae populorum finitimorum invaduntur, captivi capiuntur, feminae violantur, viri interficiuntur, populi premuntur.

## TEKSTY

1. Beatus ille, qui procul negotiis,  
ut prisca gens mortalium,  
paterna rura bubus exercet suis  
solutus omni faenore.  
Nequ(e) excitatur classico miles truci  
nequ(e) horret iratum mare  
forumque vitat et superba civium  
potentiorum limina.  
Erg(o) aut adulta vitium propagine  
altas maritat populos  
aut in reducta valle mugientium  
prospectat errantis greges.  
Inutilis falce ramos amputans  
feliciores inserit  
aut pressa puris mella condit amphoris  
aut tondet infirmas ovis. (*Hor.*)  
[ille, qui – ten, który]  
[bubus – wołami]  
[solutus, -a, -um – uwolniony, wolny]  
[iratus, -a, -um – zagniewany]  
[potentior, -oris – możny, wpływowy]  
[reductus, -a, -um – oddalony, ustronny;  
mugiens, -entis – ryczący; errans, -antis –  
błądzący; amputans, -antis – odcinający]  
[felicior, -oris – szczęśliwszy]  
[pressus, -a, -um – wyciśnięty]
2. Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni  
trahuntque siccas machinae carinas  
ac neque iam stabulis gaudet pecus aut arator igni  
nec prata canis albicant pruinis. (*Hor.*)
3. Rumpitur invidia quidam, carissime Iuli,  
quod me Roma legit, rumpitur invidia.  
Rumpitur invidia quod turba semper in omni  
monstratur digito, rumpitur invidia.  
Rumpitur invidia tribuit quod Caesar uterque  
ius mihi natorum, rumpitur invidia.  
Rumpitur invidia quod rus mihi dulce sub urbe (e)st  
parvaqu(e) in urbe domus, rumpitur invidia.  
Rumpitur invidia quod sum iucundus amicis,  
quod conviva frequens, rumpitur invidia.  
Rumpitur invidia quod amamus quodque probamur:  
rumpatur quisquis rumpitur invidia. (*Mart.*)  
[quidam – ktoś]  
[tribuit – przyznał; uterque –  
jeden i drugi, obaj; mihi – mi]  
[rumpatur – niech pęknie;  
quisquis – każdy, kto]

4. Totum, Deus, in te spero,  
Deus, ex te totum quaero.  
Tu laus mea, meum bonum,  
mea cuncta tuum donum.  
Tu solamen in labore,  
medicamen in languore,  
Tu in luctu mea lyra,  
Tu lenimen es in ira,  
Tu in arto liberator,  
Tu in lapsu relevator.  
Metum praestas in propectu,  
spem conservas in defectu.  
Si quis laedit, Tu rependis, [quis – ktoś]  
si minatur, Tu defendis. [minatur – grozi]  
Quod est anceps, Tu dissolvis, [quod – co]  
quod tegendum, Tu involvis. (*Hildebertus*) [tegendum – do ukrycia]

5. In thronum per sanguinem et indigna facinora itur. (...) Illico, urgente suspitione, primores pelluntur exilio, in pauperiem rediguntur divites, relegantur amici veteres, fratres filii nepotes parentesque tanquam emuli carcerantur, occiduntur; nulla fides, nulla sanctitas, iustitia nulla servatur, anxie vigilatur, cum difficultate dormitur, nec cibus absque timore gustatur. (*Boccaccio*)

[urgente suspitione – pod wpływem podejrzeń; anxie – trwożliwie]